

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9730

**Auteur(s) :** Jean Ier, Alençon (comte)

**Bénéficiaire(s) :** La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1171 - 1191, 24 février]

**Action juridique :** notification

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Jean [Ier], comte [d'Alençon], fils de Guillaume, comte de Ponthieu, notifie les donations faite par Gervais de Montgaroult et sa femme Emma aux moines de Saint-André-en-Gouffern d'une partie du bois qui se situe à côté du bois de ces moines. Pour cette donation, Gervais et sa femme ont reçu de cette abbaye vingt livres d'Anjou et un palefroi. Il notifie également que la donation de diverses terres faite par Ricard du Bois et son frère Robert aux mêmes moines.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H6511/12.

### Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye Saint-André-en-Gouffern », n° 28-262, p. 412.

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Jean Ier, comte d'Alençon, 1171-1191 († 24 février 1191).

Texte d'après A

Universis sancte Ecclesie fidelibus, Johannes comes, filius Willelmi comitis Pontivii, salutem. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod Gervasius de Montguarol et Emma uxor sua dederunt et concesserunt monachis Sancti Andree de Gufer quandam partem nemoris sui quod est juxta nemus supradictorum monachorum sicut a parte Vallis Ogerii media via vadit de boscho monachorum ad capud montis, et sicut via de Vax veniens de Escocheio descendit usque ad terram Roberti de Valle Ogerii, quam tenet de supradictio Gervasio de Montguarol et ab illo loco sicut illa terra divitur a terra supradicti Roberti de Valle Ogerii usque ad terram Gaufridi de Doit et ab illa parte sicut terre Gaufridi de Doit dividuntur ab illa terra usque ad terram nemoris supradictorum monachorum. Sciendum est preterea quod Gervasius et Emma uxor sua pro hac donatione et concessione .XX. libras Andevagensium et unum palefridum de substantia domus Santi Andree habuerunt. Hanc donationem terre idem Gervasius liberam et omnino quietam dedit et concessit monachis et super altare Sancte Marie Sanctique Andree posuit et hoc tenere juravit, excepto quod monachi Gervasio et heredi suo post eum .II. solidos Andegavensium in festivitate Omnium Sanctorum annuatim reddent. Preterea sepedictus Gervasius dedit monachis

et concessit libere et quiete ab omnibus exigentiis duas acras terre in campo Warenon, et .VII. virgatas in campo Pepin et duas acras in campo de Nervigneio et juxta ulmum de via Falesie et Escoche duas acras, et juxta fontem Rivant dimidiam acram et subtus codretum unam aram et dimidiam juxta cheminum de Breusa in cultura monachorum tres virgatas, ad Fontenellas dimidiam acram, et tres acras quas Johannes de Joe gener suus monachis dederat et concesserat. Item notandum est quod Ricardus de Boscho et Robertus frater ejus dederunt et concesserunt supradictis monachis Sancti Andree hoc subscripta sunt libere et omnino quiete ab omnibus actionibus secularibus. In valle de Labroce : unam acram. In divisa de valle et Broce : unam virgatam. In Broca : V. virgatas. In Rochetis : unam acram, inter cheminum Falesie et masnagium supradicti Ricardi de Bosco : dimidiam acram juxta terram monachorum et omne quod habebant in Dordena inter Ounam et nemus monachorum. Ut autem iste donationes firmæ permanerent et inconcuse, presentis scripti testimonio et presentis sigilli mei munimine fecimus sigillari. Testibus his, Roberto filio comitis, Ricardo de Erablis, Gaufrido de Milon, Johanne de Troarz, Herberto de Troarz, Petro Belmes, Gervasio de Ree, Pagano molendino et pluribus aliis.